

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dissertationum Theologicarum, Quæ Celeberrimi Theologi D. Justi Christophori Schomeri Collegium Anti-Calvinianum, a multis avide desideratum : exhibent ...

Sexta : Cap. XXI. De Poenitentia. Cap. XXII. De Ecclesia & Ministerio Eccles. Cap. XXIV. De Novissimis

Rostochii: Typis Nicolai Schwiegerovii, 1707

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790946>

Band (Druck) Freier  Zugang 

RU theol. 16.April.1707
Engelcken, Henr. Asc.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1032790946/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790946/phys_0002)

DFG

I. N. J.
DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM,
^{Quæ}
Celeberrimi Theologi
D. JUSTI CHRISTOPHORI SCHOMERI
COLLEGIUM
ANTI-CALVINIANUM,
à multis adide desideratum, exhibent,
SEXTA,

^{Sistens}
CAP. XXI. De POENITENTIA.
CAP. XXII. De ECCLESIA & MINISTERIO
ECCLES.

CAP. XXIV. De NOVISSIMIS.

^{Quam}
CONSENSU SUMME REV. FACULTATIS THEOL.

PRÆSIDE

DN. HENRICO ASCANIO
~~ENGELKEN~~ ^{Engelken}

Phil. & SS. Theol. D. hujusqve P.P.

d. 16. April. Anno 1707. H. L. Q. C.

publicæ disquisitioni proponit

RESPONDENS

BARTHOL. Brüsing / Warenâ-Meckl.
S. S. Theol. Stud.

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr.

VIRO

Plurimum Reverendo, Præclarissimo
atque Doctissimo

DOMINO GEORGIO
WESTPHALIO,

Ad Aedem Cathedralem , quæ Sverini est,
Pastori meritissimo,

Domino Avunculo ac Studiorum suorum
Promotori æterno honoris pariter atque Amoris
Cultu submissè venerando

Dissertationem hanc Theologicam
*Cum Voto salutis omnigena
ardentissimo*

offert ac sacram esse vult
BARTH, PRUSSING.

CAP. XXI.

DE POENITENTIA.

Quest. I.



*N*poenitentia eadem sit, que renovatio & sanctificatio, adeoque semper justificatione posterior?

Resp. Neg., quia 1.) oritur ex tristitia, 2. Cor. VII, 8. seqq., per pudorem describitur, Jer. 31, 19, atque in cinere & favillis fit, Job. 42, 6, qui territionis legalis, non solationis evangelicae, effectus sunt. 2.) *Terminus conversionis* & sic poenitentiae a quo, est status iræ, non gratiæ, Act. 26, 18, & laquei diabolici, 2. Tim. 2, 26, lapsus, Hos. 14, 2, peccatum, Luc. 16, 30. Act. 8, 22, & ignorantia, Cap. 17, 30. 3.) *Fides justificans* eam vel ingreditur, vel *speciali significatione acceptam* demum sequitur, Matth. 21, 32. Act. 19, 4^o Cap. 20, 21. 4.) *Justificatio s. remissio peccatorum* per poenitentiam demum obtinetur, Act. 2, 38. Cap. 5, 31. C. 11, 18. Luc. 24, 47^o unde per venia precationem, tanquam proprium ejus actum, describitur Hos. 14, 3.

Contra Calviniani, et si variè de poenitentia loquuntur & sentiunt, ut agnoscit Wendelinus Exercit. 126. contra Gerhard. §. 8. seqq., in eo tamen plures convenient, quod poenitentia in stricto sensu accepta, 1) sit posterior justificatione, 2) non contritione, ut terrore mentis, & fide, ut medio justificationis; sed 3) mortificatione veteris & vivificatione novi hominis, tanquam partibus, constat. vid. Calv. Lib. 3. instit. C. 3. §. 5. Polanus l. 6. Syntagma. C. 37. p. 848. Wendelinus l. c. & alii; atque 4) quod cum regeneratione renovatione ac sanctificatione coincidat; unde (§ resipiscientiam vulgo, quam poenitentiam, quod poenitentia aut doloris nomen videtur, appellare malunt. Licet autem quandoque fidem etiam in poenitentia admittant; tamen ut partem renovationis admittunt, & sic quoque contritionem in sensu mortificationis.

Interesse non aliud est, quam absolutum decretum, & fluens inde aeternitas justificationis activæ, quæ comminationes. & terrores legales in electis non patitur.

Obj. Poenitentiam describi per desicionem à malo & exercitium boni,
Psl. 34, 15. Ezech. 18, 21. Es. 1, 16. seq.

X.

Respo.

Reſp. Pœnitentia iſtic non dēſcribitur formaliter, ſed ab effectu & fru-
tu ſuo, unde dignoscitur vera ab hypocritica & falſa. Neque enim
DEus ibi, quid ſit pœnitentia, exponit; ſed ea per comminatio-
nes legales & promiſſiones Evangelicas excitata qualiter debeat
progredi, oſtendit.

Quæſt. II. An remiſſio vel retentio peccati ab Ecclesiæ Ministro verbo Dei
conformiter facta, ſit verum & reale divina in homine ſententia atque virtutis
ęgavov velejus nuda tantum indicatio?

Reſp. Aff. prius, neg. posterius. Quia 1.) diſerte in caelo ratum fore di-
cetur, non tantum quicquid Apoſtoli hāc in re egerint, Job. 20, 23, ſed &
quicquid Eccleſia, Matb. 18, 18; unde concreditam ſibi potestatē mi-
niftri uſurpan. 2.) Officium prædicationis evangelicæ eſt minife-
trium Spiritus, 2. Cor. 3, 8, & reconciliationis, C. 5, 18, quo homines
DEO reconciliantur, v. o. 3.) Alii quoque effectus ſpirituales
minifterio evangelico adſribuntur, ut converſio, Luc. 1, 16, regeneratione Gal. 4,
19, ſalvatio, Rom. 11, 14, in quibus omnibus naturalem verborum ſi-
gnificationem merito lequimur, donec quis contrariū probaverit.

Contra Calvinus in Job. 20, 23, & cum illo plures, docent: per po-
tentiam clavium Apoſtolis non datum eſſe niſi de remiſſione vel re-
tentione peccatorum à DEO facta testimonium, utut ſatis magnifice
potentiam illam ibidem extolli agnoscat. *Polanus L. 7. Syntagm.*
c. 18, ligationem non eſſe putat, niſi vel admitionem vel abſen-
tiationem & communione Eccleſie, & ſolutionem nonniſi communionis ejus-
dem reſtitutionem. Sic & ex Anglis *Hammondus Tractatu de potestate*
clavium, eam omnem de censura ecclesiastica explicat, & C. 4. ſect. 105,
Eccleſi & abſolutionem non eſſe actualem peccatorum remiſſionem,
dicit, ſed liberationem ab externa censura. Etsi autem & miniftri Eccleſiæ in-
ſtrumenta Dei eſſe, agnoscant multi, per quæ peccata hominibus
remittantur; talia tamen instrumenta intelligunt, quibus ea tri-
bui propriè nequeant, quæ ſunt cauſæ agentis, juxta *Daneum Cap.*
21, contra Chemnitium p. 1436; ideoq; revera annunciationis tantum, non
remiſſionis, instrumenta. *Interesse eſt in Qv. 3. C. 13.*

Obj. I. Nullam Creaturam poſſe divinam potestatē ſecum habere
communicatam.

Reſp. Etsi meræ creature, quæ extra unionem hypostaticam
existit, non poſt communiciari potestas divina ad exercitium cauſæ
principalis; poſt tamen ad exercitium cauſæ inſtrumentalis; ut evi-
dens

155

dens est ex potestate conferendi Spiritum S. Apostolis concessa, *Act. 8,*
17. 19.

Ob. II. Verē poenitentem jam ante abolitionem ministerialem
esse solatum; & pervicacem jam ante ligationem ministerialem esse
ligatum.

Resp. I. Eadem tamen gratia speciali ratione denique vel applicatur
efficaciter vel fortius subtrabitur. 2) Potest quis etiam in ipso momento,
qvo cum ipso agit Presbyter, vel converti vel callum pertinaciæ ob-
ducere; & sic eo ipso noviter cum effectu absolvi vel ligari. 3.) Si
Presbyter solvat vel liget, quem non oporteat, non agit secun-
dum institutionem Christi, aut verbo DEI conformiter; de qvo
casu solo nostra quæstio est.

Obj. III. à Ligethfoot in horis hebraic. ad Matth. Cap. 16, 19, ligare
& solvere esse verba, quæ ap. Hebreos tantum de rebus usurpentur, non de
personis, & significare tantum prohibere aliquid aut permittere;
unde & in hoc loco & Matth. 18, 28, ὥ & ὥστα occurrat, non
masculinum.

Resp. 1) Etiam de personis has voces freqventissimè usurpari,
tum pro sensu censuræ humanæ, quam in sensu censuræ divinæ, o-
stendit pluribus exemplis Sebastianus Schmidius in fasciculo Disp. 12. p.
711. seqq., & partim etiam Hammondus Cap. 4. de potestate clavium Sect. 13.
2) Neutrum etiam pro masculino in sacris literis freqvens est, ut
1. Job. 5, 4. & H. br. 7, 7. Cap. 12. 13. 3) Totus Textus Matth. 18, 18, ubi ea-
dem phrasis occurrit, de personis agit, non de rebus, & phrasis
Job. 20, 23, nulla ratione ad rerum prohibitionem trahi potest.

CAP. XXII. DE ECCLESIA & MINISTERIO ECCLESIASTICO.

Quæst. I;

A N Ecclesia Christi Catholica ex intentione DEI etiam externo regi-
minis vinculo sibi coherere debeat?

Resp. Affir. Quia (I.) universum corpus Ecclesia secundum
omnes juncturas mutui auxilii & consili coaptatum esse dicitur ad
commune ejus incrementum, Eph. 4, 16. (II.) Cujusque etiam natio-
niſ

nis Ecclesias peculiari vinculo cohærere debere, supponit Apostolus, communi illis Epistola inscripta, ut Achaicis, 2. Cor. 1, 1, & Galaticis, Gal. 1, 1. 2. (III.) *Forma primi Contili Apostolorum*, cum causa Antiochena Hierosolymam deferebatur Act. 15, servanda unionis, & cause communis non privato consilio disceptandæ, nobis viam optimam praluxit.

Contra Independentes in Anglia, ut Job. Owenus Tract. de Schism. C. 3. S. 10. & cap. 7. S. 22. & cap. 8. S. 43. Molinaeus in Paræn. Cap. 16. & 17, qvamlibet Ecclesiam particularem sui juris esse, dicunt, illamque sibi nativam libertatem rectius retinere, qvam ut se ulli vicinæ jungat, nec perpetuo jure societatis etiam se jungere ulli debere.

Quæst. II. An instituta inter Ministros Ecclesia graduum & potestatis subordinationis juri divino congrua sit.

Resp. Aff. Quia (I.) in Clericis V. T. subordinationis locum habuie, nempe summi sacerdotis, sacerdotum reliquorum & Levitarum, nec in N. T. ullibi interdicta est. (II.) Etiam in N. T. alii Apostoli, alii Evangelistæ, alii Doctores divinitus constituti sunt, Eph. 4, 11. conf. 1. Cor. 12, 28; quorum qvæ fuerit subordinationis potestatis, ex 1. Tim. 5, 19, & ad Tit. 1, 5, patet. (III.) Etiam in qvavis particulari Ecclesia Episcoporum & Diaconorum fuere distincta officia, Phil. 1, 1. 1. Tim. 3, 8, ita ut Diaconatus fuerit gradus ad majorem ordinem ibid. v. 13. (IV.) Regimen Ecclesiæ & harmonica membrorum coaptatio sine subordinatione aliquva servari nequit, ut propterea et eos, qui illam dignantur, eandem tamen, licet temporariam, & ambulatoriam, admittere cogantur per Præsides Synodorum, Decanos Seniorumque electos.

Contra Puritanis in Anglia & cum his Galli, Belga & Helvetii plerique, omnes ministros jure Divino æquales esse debere, contendant, omnem subordinationem pro Pontificio fermento aut pro Antichristica tyrannide habent, vid. Beza peculiari Tractatu contra Saraviam, & Vœnius Tom. 2. Politia Ecclesiastica p. 832, seqq. Interesse est in odio Episcopalis regiminis, postquam Pontificia Episcoporum potestas excussa est.

Obj. I. iæeqzñv omnem Ministris Ecclesiæ esse interdictam Luc. 22, 25, seqq., ut & titulorum superbiam, Matth. 23, 8.

Resp. (I.) Si primatum inter Apostolos non toleravit Christus, sed eos omnes voluit esse æquales; non propterea omnes alios Ecclesiæ Ministros Apostolis & sibi invicem æquavit. 2. Differt primatus ipse legitime

mē delatus ab eius abusu & Philoτερά, qva qvis super alios eminere contendit, ut Apostoli l. c. (3.) Titulus Rabbini non erat nota discreta officiorum, sed eruditionis; quo etiam cum majores Ptæsules carerent, illi, qui nulla vel minora obibant ministeria, ornari poterant. Apostoli autem interdicebant illo, ne pro more Judaico sibi interpretandi leges divinas aliter, quam Christus interpretatus erat, ullam attribuerent potestatem.

Obj. (II.) Eadem tamen esse omnibus prædicandi Evangelii & administrandorum Sacramentorum potestatem ex autoritate divina, circa quam non debeant humanæ subordinari, cum unus sit Rabbi, ministri vero omnes inter se Fratres, Matth. l. c.

Resp. (I.) Etsi Verbum & Sacraenta quoad virtutem suam non pendent à gradu & dignitate ministrantis majore vel minore; potestas tamen administrandi ad certum ordinem adstricta est, & ut officium nemo sibi sumit sponte, Hebr. 5. 4. 5, ita nec ultra, quam demandatum est, sumere debet. 2.) Non obstat hæc ratio apud adversarios, quo minus à Synodis & classibus sibi patiantur præscribia, quæ apud alios præsulum singulorum præscripto subjacent. 3.) Fratres sunt ministri Ecclesie non tantum inter se, sed & cum plebe omni Christiana, uti erant Apostoli, Rom. 15, 14. 1. Cor. 1, 10. 1. Thessal. 5, 27; quæ fraternitas uti non obstat subordinationi Presbyterorum & plebis, ita nec Presbyterorum inter se.

Quæst. III. An speciatim ergo Episcoporum super Presbyteros potestas atque auctoritas jure vel divino vel Apostolico instituta sit? Resp. Neg., Quia 1) non nisi duo ordines officiorum, Episcopi nempe & Diaconi in singulis Ecclesiis distinguuntur, 1. Tim. 3, 8. Phil. 1, 1. 2.) Idem, qui Ecclesie cuiusq; Presbyteri vocantur, etiam dicuntur Episcopi, & contra, Tit. 1, 5. 7. Act. 20, 17. 28. & Presbyteri dicuntur επίσκοποι ι. Pet. 5, 1. 2. 3) Nulla etiam in ipsis functionibus sacris ulla usquam differentia talis diversorum juris innuitur.

Contra 1) Hadrianus Saravia Belga in lib. de diversis ministrorum Ecclesiæ gradibus, & Hierarchiis Angli, ut Taylor, Hammondus, Masonus & plures peculiaribus itidem Tractatibus docent: Episcoporum à Presbyteris distinctionem vel divini vel Apostolici saltim juris esse, pari religione observandam, atque diem Dominicum, Pascha, & id genus alia. 2. Quidem Samuel Daniel, etiam Anglus peculiari libello

Anno 1642, etiam Archiepiscopatus præminentiam divini juris esse contendit. Interesse est in fortiori oppugnatione Puritanorum.

Obj. I. Apostolorum successores esse Episcopos, qvod indicet communio nominis; cum & Apostolatus vocetur ἐπίσκοπος Act. 1, 20, & juxta versionem LXX. interpretum Isa. 60, 17, & Episcopi vocentur Apostoli, ut 2. Cor. 8, 23. Phil. 2, 25, & Dioresphes ecclesie Ephesinae (in qua fuit Gajus teste Dorotheo in Synopsi) invasor, 3. Job. v. 9, dicatur se gerere pro Apostolo, cum non sit, Apoc. 2, 2, ideoque Christum, instituendo duodecim Apostolos distinctos a reliquis discipulis, Luc. 6, 13, & ipsi statu ad prædicandum Evangelium missis numero LXX, Luc. 10, 1, Episcopatum à Presbyteratu distinxisse.

Resp. (I.) Non queritur de Episcopatu in quovis sensu accepto; sed de eo, qui hodiè speciatim ita dicitur, & certis Ecclesiis alligatus est. (II.) Apostolorum officium qvocunqve nomine appelletur, ab hoc tamen Episcopatu qvam evidentissimè diversum fuit; quippe qvod nulli loco affigebatur, suaque cura ac directione omnes (si qui fuerint) Episcopos urbium complexus est. (III.) Discipuli 70. aequa manus cum Presbyteris confundendi sunt; quippe Ecclesiis plantandis indifferenter destinati. (IV.) Eos, qui dicuntur Apostoli, Ecclesiarum fuisse illarum Episcopos, & non potius primos ad gratiam conversores, gratis assumitur. (V.) Per Pseudo apostolos Apoc. 2, 2, notatos, intelligi Episcopatus invasores, & non potius, qvod nomen ipsum præ se fert, eos, qui divinam revelationem & immediatam DEI missionem de se jactitarunt, aut in specie Diotrephen, ex 3. Job v. 9. non probatur. Neque enim 1) quis ille Gajus sit, ad quem scripta est Epistola, vixeritne Ephesi nec ne, non aliis quam conjecturalibus argumentis doceri potest; neque 2) ex voce Φίλων ρωτεύων statim patet, qvod Diotrephen Episcopatum invaserit: cum poruerit alio nomine sibi autoritatem conciliaffe. 3) neque causa est, quare prætensio falsi aut schismatici Episcopi alio nomine appelletur, quam quo officium veri, aut ille potius sed dicitur pro Apostolo gessisse, qvam pro Angelo. Neque 4) talis usurpator, qui vim vel causam apertam habet, detectione falsi, ut hic factum Apoc. 2, 2, sed contrario studio populi superari solet, deniq; 5) Es. 60. voce ἐπίσκοπος non ecclesiastica, sed civilis potestas, denotatur; uti tum ex reliquo contextu, opponente pristina fata futuris, tum ex voce exegetica in seqvente coñate. ¶ Exactor, colligitur.

Obj. II. Exemplum Jacobi Fratris Domini, qui Hierosolymis Episcopus

pus

pus fuit, ut patet ex *Aet. 21, 13. Gal. 2, 12*, qvi propterea Apostolus vocetur *C. 1, 19*, utut non fuerit ex collegio duodecim-virali, qvippe neqve Alphai neqve Zebedei filius, & in sua Dioecesi Petro præponatur *C. 2, 9*, & in Concilio Hierosolymitano decreatum formaverit, *Aet. 15, 13. seqq.*

Resp. (I.) Utut forte Jacobus ex collegio duodecim-virali non fuit, (qvod multis tamen videtur) non tamen alio sensu Apostolus erat, quam quo Paulus, Barnabas & alii, qvi immediatam à Christo autoritatem habebant, neqve ejus autoritas, qvæ ex prærogativa personali cognitionis atque charismatis fluxit, ad successores pertinebat. (II.) Paulus & reliqui Apostoli, postqvam Spiritu S. impleti erant, ceremonias Φιλοπρόσετος non aequè observabant, ut hodie sumus in ea vanitate diligentes; unde frustra ex ordine, quo cujusqve nomen expressum aut sententia dicta est, de officiis in qvovis loco prærogativa philosophamur.

Obj. III. exemplum Timothei, qvi Ephesi, & Titi, qvi in Creta à Paulo Episcopus constitutus fuit; qvod doceant Epistolæ ad illos scriptæ, it. 7. angelorum in 7. Ecclesiis Asiaticis *Apoc. 2. & 3*, qvos Christus 7. stellis adumbratos manu tenens singulariter producit.

Resp. I. *Timotheus*, cum ad illum scriberet Paulus, *Evangelista* fuit, 2. *Tim. 4, 5, i. e. adjutor Pauli* in constituendis Ecclesiis; non vero Ephesine Ecclesiæ fixus & perpetuus *Præsul*, qvippe ad Paulum revocatus, *ibid. v. 10. & 21*, & forte cum posterior hæc Epistola scripta est, non amplius Ephesi substitut; qvod Tychicus eo, tanquam ad locum tertium missus esse dicatur *ver. 12.* (2.) *Titus* ut universæ Cretæ prospiceret, relictus, non potest Episcopus ibi fuisse; qvippe qvi urbibus, non integris provinciis semper datis sunt. (3.) Cum de tempore, quo Apocalypsis scripta est, non constet, nec de potestate, quam Angeli illi Ecclesiarum Apocalyptic habuerunt præ reliquis Presbyteris, citra docendi facultatem; non inde etiam constat, potestatem Episcopalem ab Apostolis institutam esse, ut utiliam, postqvam emersit, forte probarunt.

CAP. XIII. DE NOVISSIMIS

An terminus vitæ sit absolute fatalis? *Quest. I.* Resp. Pendet hæc qvæstio ab articulo de Providentia, qvem vide. *Quest.*

Quæst. II. An resuscitatio corporum sit opus DEI planè supernaturale; ejus in materia nulla relata est potentia?

Resp. Aff. Quia (I.) Abrahamus in eo omnipotentiam divinam præcipue agnovit, Rom. 4, 17, & in resuscitatione Christi prædicat Apostolus Eph. 1, 20. (II.) in ossium aridorum resuscitatione symbolum ponitur revocandæ spei desperditæ, Ezech. 37, 23. & II.

Contra Gœlensus in Diatribis Philosoph. Theologicis Disp. 25. p. 222, seqq. (cio tante illum fundamental, diduct. Marpurgens. p. 324.) contendit, corpus hominis dei mortui latitantem in se radieem vitæ insensibili retinere.

Quæst. III. An corpora glorificata in coelis illocalia penetrabilia futura sint?

Resp. Pender hæc quæstio ex Artic. de Persona Christi, quod corpus nostrum sit conforme corpori Christi glorificato. Phil. 3, 21.

Quæst. IV. An futuri sint gradus gloriae in vita eterna? *Resp. Aff.* Quia 1.) pro diversitate impensorum in eogenos beneficiorum, diversi quoque gradus compensationis erunt, 2. Cor. 9, 6, æternæ scil. iuxta v. 9. & 1. Tim. 6, 19. 2) Quisque inter fideles Dei operarios propriam labori suo mercedem accepit, 1. Cor. 3, 8. & 14; ita tamen, ut & ille, cuius opus comburitur, in die extremo salvetur, sed damnum passus v. 15. 3) Ea qui plus lucratus est, etiam major præfектura datur, Luc. 19, 17, 19, 24. seqq. Matth. 25, 28, idque quo tempore rationes exiguntur, v. 19, & inutilia servus extremo carcere addiscitur, v. 30, 3. e. post hanc vitam. 4) Prophetæ merces, & merces justi simpliciter talis, sat aperte distingvuntur, Matth. 10, 41.

Contra I. Petrus Martyr in locis communibus classe III. 17. c. Tilenus p. 2. Disp. Theolog. Disp. 68. th. 33, graduum inæqualitatem in dubium vocat. II. Schönenfeld. Disp. de Vita æterna Th. 78. illam planè negat.

Obj. I. Omnibus, etiam inæqualiter laborantibus, parem denarium dari Matth. 20, 12, unde Paulus, et si plus reliquis laboraverat, 1. Cor. 15, 10, nec aliam coronam expectas verit, quam quæ omnibus fidelibus parata est, 2. Tim. 4, 8.

Resp. I. Per denarium non potest intelligi vita coelestis, quia datur murmurantibus; sed gratia Evangelii, & Fudis sub lege divina viventibus, & proselytis & gentibus æqualiter data. 2) Ut naturaliter in simultanea coronatione, numerus coronarum respondet numero capitum; ita in hac metaphorica denominatione, nec eadem numero nec eadem qualitate; sed eadem tantum specie corona justitiae intelligitur fidelibus dati, conf. Apoc. q. 4. Sensus est, non milii tantum dabitur corona mea, sed & cuique fidelium sua.

Obj. II. Beatitudinem non ab operibus venire, sed à gratia DEI; passiones vero nostras gloria æterna non esse dignas. Rom. 8, 18. E. nec maiores ejus gradus.

Resp. Nec prætendimus gradus ex dignitate nostra; sed ex liberalitate DEI, qui illos promisit.

Obj. III. Deum omnibus beatis fore omnia, 1. Cor. 15, 28, & omnes corpori Christi similes fore gloria, Phil. 3, 21, omnes, ut sol, fulluros esse, Matth. 13, 43, ne quid illis addi posset.

Resp. Ad I. Loquitur Apostolus de hostibus, nil nisi ad nutum DEI amplius auras; non de beatis, & de subjectione potentia; non communicatione bonitatis. Ad. 2, & 3: similiter admittit magis & minus.

F I N I S.

S. D. G.

Viro maxime reverendo, amplissimo argue præclarissimo

DOMINO G. WESTPHALIO

Pastori Sverinensi fidelissimo pariter ac meritissimo. S.P.

Cum memoriam justorum in benedictione esse, Regum testetur sapientissimus, opera sanè maxime probanda defunguntur, qui vel Vitam eorum ac res in Dei gloriam gestas exponunt, vel per scripta ipsorum ingeniosa orbi literario, in primis vero Ecclesiæ, prodesse, cum in talium Virorum monumentis literariis etiam brevioribus, vel ratione modi proponendi vel materiae rioris vel denique ponderis argumentorum hinc inde occurunt, quæ in aliis scriptis frustra quæsiveris, masculè quærunt. Hoc igitur quoniam Tibi, VIR maxime reverende, pro eâ, quâ polles, dexteritate, quam optime compertum fuit, non mihi solum ad edendum per disputationes publicas istud, quod modo ex prelo evalit, *Collegium JUSTI CHRISTOPH. SCHOMERI*, VIRI laude meâ majoris, Præceptoris quondam Tui post fata colendissimi, *Anti-Calvinianum*, una cum aliis præstantissimis Viris svasor extitisti idoneus; verum etiam, ut cognatus tuus dilectissimus, *Dn. B. Prüfung* Vir juvenis doctissimus, Respondentis partes in publice defendendâ quādam Collegii istius Sectione sustineret, voluisti. Non possum sane hac occasione prætermittere, quin Tibi de pari Fratrum æstumatisimo Dominis Cognatis tuis suavissimis, quorum alterum, Philosophiæ M. præclarissimum ac circuli Svanensis Præpositū dignissimum, cuius quondam & discursibus Academicis & orationibus ex suggestu sacro habitis sæpenumero non absque omnium applausu meōque gaudiō interfui, ceu Amicum sincere dilectum maximū semper feci, alterum vero, præsentis Disputationis Respondentem, inter diligentissimos optimosque Auditorum meorum numerare gavisus sum, enixè Tibi gratuler. Quid enim gratius Tibi accidere potuisset, quām eos, quos tanto prosequeris amore, ut paternam eorum semper gesseris curam, studia ipsorum laudatissima consilio pariter ac auxilio benignissime sublevando, spem de ipsis conceptam non solum exæquare, sed & superare omni nisu contendere. Ego vero, qui non solum Testis, sed Amici quoque infucati, sustineo partes, & in sinu hâc de re mihi gratissimâ gaudeo, & DEum T. O. T. M., ut tam tuammet Dignitatem, quam Dominum Cognatum natumajorem, ceu Viros venerandos in Vineâ Dei strenue laborantes, unâ cum Familiis dilectissimis conservare, omniaque porrò dicta ac facta vestra in Nomini sui æterni gloriam ac Ecclesiæ salutem dirigere, quam Dominum Respon-

Respondentem meum in veri bonique tramite ulterius conservare, studiaque ipsius ad exoptatum denique portum deducere velit, calidissimis fatigo precibus. Vale.

Eriehe / Werther Freund / wo meine Feder schweigt,
Und wenig / oder nichts zu deinem Ruhm wird segen/
Die Proben / die so oft DEIN muntrer Fleiß uns zeigt/
Muß man in Eedern / nicht anffschlechte Blätter äken.

Mit diesem wenigen wolte dem Herrn Respondenti sein
verbundenstes Gemüthe bezegen.
Samuel Krüger / Gedanens.
S.S. Theol. Cult.

Dum Fraterna legis pulchre vestigia pulchra,
PRUSSINGI, & studiis haud leviora paras;
Non certe viles plausus laudesque mereris,
Vota sed hos nisus optima pvaquemanent.
Succedant Tibi porro, precor, molimina tanta
Ex voto, similis Te comitetur honos,

Hicce paucis
Nobilissimo & doctissimo Domino Respondenti

Amico suo svavissimo gratulari voluit

Zacharias Krügerus, M.M. S.S. Theol. Stud.


Sd kan man / Wehrtster Freund / mit Ruhm den Anfang machen,
So offenbahret sich dein rechter muntrer Fleiß.
Du zeigest uns die Bahn da man durch Müh und wachen
Bey Gott die Gnad erhält / bey Menschen Lob und Preis.

Dein Fleiß / Geehrteßer / will nicht verborgen bleiben.
Dein Herz / das Irrthum hast / läßt nicht allen sehn;
Indem du solche Ding schon suchst zu hinterteiben /
Die wieder Warheit sind / und Gottes Ehr angehn.

Demnach so segne Gott dein heiligstes Beginnen/
Und dein geübter Fleiß erwerbe Ehr und Lohn.
Gott gebe daß du bald magst vollen Preis gewinnen/
Wodurch du steigen kannst zu der Selaherten Thron.

Mit diesen wenigen wolte mit eiliger Feder doch aus wollgesmeinten getrennen Herzen dem Hn. Respondenti und jederzeit wehrten Freunde gratuliren.

Johann, Gerhard, Reckentrogk,
Sverino - Megapolitanus





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1032790946/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790946/phys_0015)

DFG

Viro maxime reverendo, amplissimo aequo praelarissimo

DOMINO G. WESTPHALIO

Sverinensi fidelissimo pariter ac meritissimo. S. P.

noriā justorum in benedictione esse, Regum testetur fa-
nus, opera sanè maxime probanda defunguntur, qui vel
orum ac res in Dei gloriam gestas exponunt, vel per scri-
ingeniosa orbi literario, in primis vero Ecclesiæ, prodeſſe,
in Virorum monumentis literariis etiam brevioribus, vel
proponendi vel materiae rariorū vel denique ponderis
in hinc inde occurrunt, quæ in aliis scriptis fruſtra quæ-
lè quærunt. Hoc igitur quoniam Tibi, VIR maxime re-
eā, quā polles, dexteritate, quam optime compertum
in ſolum ad edendum per diſputationes publicas iſtud,
ex prelo evaſit, Collegium JUSTI CHRISTOPH. SCHOMERI,
neā majoris, Præceptoris quondam Tui poſt fata colēndis-
vinianum, unā cum aliis prætantissimis Viris ſuafor extitisti
um etiam, ut cognatus tuus dilectissimus, Dn. B. Prüſſing
octiſſimus, Respondentis partes in publice defendendā qua-
riſtius Sectione ſuſtineret, voluisti. Non poſſum ſane hac
etermittere, quin Tibi de pari Fratrum æſtumatiſſimo
gnatis tuis ſuavifimis, quorum alterum, Philosophiæ M.
m ac circuli Svanensis Præpoſitū digniſſimum, cujus quon-
ſibus Academiciſ & orationibus ex ſuggeſtu ſacro habitis
non abſque omnium applauſu meōque gaudiō interfui, ceu
ere dilectum maxiſi ſemper feci, alterum vero, præſentis
Respondentem, inter diligentissimos optimosque Auditio-
numerare gavisuſum, enixè Tibi gratuler. Quid enim
ccidere potuifſet, quām eos, qvoſ tanto profequeris amore,
eorum ſemper gafferis curam, ſtudia iſlorum laudatiſſima
er ac auxilio benigniſſime ſublevando, ſpem de iſlis con-
plum exæquare, ſed & ſuperare omni niſu contendere. Ego
ſolum Teſtis, ſed Amici qvoqve infuſati, ſuſtineo pártes, &
re mihi gratiſimā gaudeo, & DEum T. O. T. M., ut tam
gnitatem, quam Dominum Cognatum natumajorem, ceu
ndos in Vinea Dei ſtrenue laborantes, unā cum Familiis
conſervare, omniaque porrò diſta ac facta veſtra in No-
ni gloriam ac Ecclesiæ ſalutem dirigere, qvam Dominum
Reſpon-

520

Inch mm
Patch Reference numbers on UTT
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 1000